

innovatione tota simul. Quocirca non ad extra genitus est, sed ab
intra, quod Græci Patres ἐκ τοῦ οὐνοῦ dicunt, unde temporis ratio, in
Trinunitatis mysterio, nullum locum obtinebit.

XXVIII.

Sic ergo Pater genuit Filium, hypostasis hypostasin in unitate
essentia, ab omni eternitate, modo nobis incōprehensibili, inexpli-
cabili, & inenarrabili, Es. 53. 8. natura quidem divina convenien-
ti, adhuc tamen incognito. Scimus natum esse Dei Filium, tam hu-
mana quam divina natura respectu, Et in symbolo Nicano dici-
mus genitum, non factum. Nam factus quidem est homo, sed non
Dei Filius, quia ille homo, nunquam antea non Dei Filius erat, sicut
Angelus Gabriel Mariæ dicebat Luc. 1. 35. Vocabitur, non erit de-
mum Filius, scilicet Dei altissima.

XXIX.

At quo modo hæc generatio facta sit, ultra nos imus, hunc sa-
nè scire nequimus. Pius itaq; $\tauὸ ὀρθὸν$ sobriè tenendum est, religioseq;
adorandum in hac mysterio. Quod satis perspicuè nobis S. Scriptura
ostendit, dum tot testes Geniture Filii Dei producit, sive in terris,
Aquam, Sanguinem, & Spiritum sive in cælo, tum increatos, tum
creatos. Quàm $\tauὸ δὲ ὀρθὸν$ periculo sè querendum, & temerè intempe-
stiveq; desiniendum, quod ipsis etiam Angelis $\alphaἰκατὰ τὴν ἡπείρου$ reman-
et.

XXX.

In hanc sententiam pulchrè differit Ambrosius tom. 2. de
fide ad Grat. l. 1. c. 5. Queris à me, inquit, si Filius sit, non habeat prio-
rem Patrem? quero item ex te, quando aut quomodo Filium putes
esse generatum? mihi enim impossibile est generationem scire se-
cretam, mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed & Angelorum;
supra potestates, supra Angelos, supra Cherubin, supra Seraphin, su-
pra omnem sensum est; licet scire quod natus sit, non licet discutere
quemadmodum natus sit; Nam si Paulo ea quæ audivit, raptus in
tertium cælū, ineffabilia sunt, quomodo nos exprimere possumus pa-
terna.